



105

STATVA
PIETATIS ET OBSERVANTIAE,
QUAM
AUSPICATO CLAREQUE ORTO
NATALIQVADRAGESIMO
VII R I
MAGNIFICI, SVMME REVERENDI
ATQVE EXCELLENTISSIMI,
D O M I N I
H E I N R I C I
P I P P I N G I I ,
Theol. Doct. eminentissimi,
IN AULA REGIA ELECTORALI SA-
XONICA SAGRORUM ANTISTITIS, PROTO-SYNE-
DRII ADSESSORIS, INQVE SENATV ECCLESIA-
STICO CONSILIARIU GRAVISSIMI, MERI-
TISSIMI,
PATRONI SVI MAXIMI
PROFVndaqve animi veneratione
ætatem svspiciendi,
CUM
Adprecatione felicitatis omnigenæ sub auspicio
novi hujus anni.
M DCC X.
DEVOTISSIMÆ MENTIS SVMMAQVE SVBMISSIONIS
MONVMEN T V. M.
PONERE VOLVIT
CLIENS
LAVRENTIVS Müller/
MEININGA - FRANCUS.
LIPSIAE, LITERIS VIDVÆ GOEZIANÆ

VIR MAGNIFICE,
DOMINE AC PATRONE MAXIME,

MAY

AUSPICATO CIVITATIS ORT



Loquar, an fileam? suadet hoc ingenii tenuitas, & pietas contra strenue istud exigit. Inter illos quidem, qui elegantiorum artium amore flagrant, nomen meum professum hactenus esse, non inficior: at enim vero id simul ut fatear, necesse est, iis me instrutum esse viribus neutiquam, qui tanto *VIRO*, quem *TE*, non dicam Saxonia, sed universa Ecclesia Evangelica, immo omnes undique exteri colunt suscipiantque, dignum opus conficiam. Quo majora *TVA* sunt merita, hoc minus aptas deprehendo vires meas ad ea eo, quo par est: modo praedicanda. Intemeratae pietatis & eruditiois vasta gloria, qua polles reliquosque inter emicas, velut ignes inter minores luna, terret oculorum aciem: atque altius est nominis *TUI* raraque indolis fastigium, quam ut levidentis calami humilitas adlequat. Non que ad encinia influstrum virorum requiruntur, suppetunt mihi mella Latii eloqui. Nec tam divinum familiare habeo dicendi genus, quo *TVA* s, quas orbis miratur, judicij ingeniique dotes virtutesque omnimode exhauiam. In *TE* enim, quod in honorem Scipionis & miliani scribitur jure cadit: *nihil in vita, nisi laudandum aut fecit, aut dixit, aut sensit.* Sit sane ita, me relinquere posse laudes meritaque *TVA* ingeniis multo cultioribus; neque tamen sollicitudo, quæ animum tenet meum, omnis exenta est. Non enim sermonis mihi sunt divitiae, nec tanta sum eloquentia facultate, ut *TVA* in me benevolentia plane singularis documenta beneficiaque immensa, non dicam augere aut exornare oratione, sed enumerate aut consequi possim. De initio quidem sermonis non foret, cur sim solleitus, utrum vero exitum tam facile adsequitur sim, despero penitus. Sufficeretne hoc ad arcendum a scribendo calamum? Profecto. Verum altera ex parte in *TE* meum, *VIR SVMME*, animum: pietatis identem me ad publicum hortantis documentum ardore: *TVA* me ad explenda, viribus que desunt meis, facilitatem gratiamque quando expendo, perspicere vix licet, quea scribendo temperare mihi queam. Et quid multa? fateor pietate me victum esse; & silentii proin repagulum scindo. Ipla namque temporis religio simul calcar videretur addere. Redii anni natalis, (a) & ad vota exintimo cordis penetrali effundenda clientem excitat; immo quod maius est, sub ipsum anni natalem *Natalis* quoque *TVVS lucis* (β) fausto, felici & claro fidere denuo

(a) Natales non tantum dicuntur dies, quibus homo nascitur, sed & quarumvis rerum origines; sic Tertullian. de Patient. Lib. I. *impatientia natalis*; & Lib. de Pallio: *natus mundi*, &c. (β) *Natalis* est diuinatio natalium celebrari a veteribus precipue solitorum; *natus* puta lucis, Imperii & adoptionis. Piores duas habes apud Theodor. Balsamon ad Photii Numocanensem: *Natalis eius τα τῷ βασιλέων γενέθλια, οὐδὲ τὸν διάγονον*. Posterior memoratur ab Aelio Spartanio in Adriano c. IV. p. 43. T. 1. Hist. Aug. Quinto Iduum Augusti die Legatus Syria litteras adoptionis accepit: quando & natalem celebrans iussit.

Jacobus Hugo, Belga Insulensis, Θεονέργου nomen ipsi adscribere nullus dubitavit: (ω) Atro proin notandus carbone veniat, dijudicare meum jam non est: an vero satisfactum ipsi fuerit a Cl. Jastramo? (αα) dispiciunt alii. Id sane qui non sunt barbari non nesciunt, conceduntque, ni fallor, omnes, Poetam nec fuisse nec futurum esse, qui æquet ipsum, nedum superet. Et si quis dicendi genus æmulatur, tum maxime, quæ majestas sit, experitur. Sed quorundam me abripit studium laudis a meo jam instituto tantum non prorsus alienum? Ingenii monumenta nemo haud dubie vocabit in controversiam; utrum vero statuam gratum ipsi seculum exornaverit dubio forsitan non omni caretib. Verum enim vero in hoc quoque nullus nobis dubitandi locus relinquitur, ad Plutarchum sapientia me adlegatum pedem si promoteamus. Satis omnino honorifice de statuis ipsius mentionem injicit. (ββ) Et Pythagoræ (nomen nunquam intermoriturum!) gloriam simulacro ex aere factæ Romam augere studuisse, calculum idem ipse non omnino subtrahit. (γγ) Nec reticeri hoc loco commode potest Esculapius, Medicorum Pres, (δδ) vir auctoritatis exultationisque apud Græcos & quid ni apud posteros omnes? maximæ, cui idem honor iste singularis Auxumi (εε) obtigit. Aristocreontis quoque pietas erga Praeceptorem suum Chrysippum facit, ut statuam (ζζ) huic ab isto positam cum elegis:

Ἐπερ τοῦ ἀνθρώπου Αριστοκρέων ἀνέψικη

Τῶν Ακαδημιανῶν στραγγαλίδων κοπίδα,

silentio involvere nequeam! Et priusquam pedem ex antiquitate plane retraham, Atheniensibus erga Demolthenem oratorum maximum adfustum ut confirmem, statua (ηη) ipsius epigramma hec sisto:

Ἐπερ τοῦ ἀνθρώπου γνώμην Διμοσθένες εἶχε;

Οὐ ποτὲ ἀν Ἑλλήνων ἤξεν ἄρης Μακεδών.

Quid obstaret itaque, VIR MAXIME, quin statuam hujusmodi, non ex marmore, quales Hecatae fuit in Templo Ephesino (θθ) & Antonii (ιι): non ex aere seu metallo, qualis Ariftogitonis & Harmodii: (κκ) sed singularem prorsum, qualis forte Berosi istius Doctoris Chaldeei, in Gymnasio publice ab Atheniensibus in aurata lingua erecta (λλ) Nomini TVO immortali

(κκ)

extruere-

(ω) Scriptit Jac. Hugo veram Historianam s. originem Latii vel Italæ ac Romanæ urbis et tenebris longe vetustatis in lucem producam, utpote in qua foverem hypothefin.

(αα) v. Programmatu ejus tria de Poeti Prophetis, recentit. in Nov. Lit. Germ. 1709. Mens. Febr. p. 58. (ββ) Plut. vit. IV. Dec. Orat. p. 373. num. D. T. II. op.

(γγ)

Idem in Vit. Names p. 65. T. I. op. (δδ) Id. Sympofiac. Libr. IX. p. 745. num. A. T. II. op.

(εε)

Petri Apiani & Barth. Amantii Inscript. p. 156. (ζζ) Plut. de Stoicor. Repugnant. p. 104. num. E. Tom. II. op.

(ηη)

Id. in Vit. Demosth. p. 360. num. C. T. I. op. (θθ) C. Plin. Sec. Libr. XXXVI. H. N. c. V.

(ιι) Priusquam devictu a Cesare Antonius ex marmoris ejus, que Alce erant, statuus sudore una per dies bene mullos fissilavit, qui nec mulius licet detergentibus, subfissit. Plut. in Vit. Anton. p. 943. num. F. T. I. (κκ) Id. Vit. I. Dec. Orat. p. 333. T. II. (λλ) Plin. L. VII. H. N. c. 37.

exstruerem; adjecto hac Epigraphie: **CHRYSOSTOMO REDIVIVO?**
Jure certo istud a me fieret, efficeremque, nisi vires deessent voluntati,
nec iisdem ego destituerer. Et si vel ita quoque suppetarent, animum
tamen nescio quid meum meditantem hæc inopinato subire videret.
Nonne præsigit, monumenta ista fragilia nec postulare *TE*, nec adrisis-
se uspiam? Ecquid est igitur, quod a Cliente subjectissimo requiris?
Fallor aut certo divinatur mens mea, viscera in votis *TE* habere, & ut
pietatis & observantie statua erigatur in iis, placere. Ita sane est, ejus-
modi generis debentur *TIBI* monumenta, quæ nec diruere potest edax
imber, nec annorum series consumere. Habeat iccirco antiquitas, quo
superbit, suum. Præstat præstantius. Erigam, quid? erectam jamdu-
dum in pectore meo pietatis & observantiae statuam publico hoc, exi-
guo licet, specimine confirmabo. Non equidem obscurum mihi est, flu-
mina in idem, ex quo decurrerunt, mare recurrere: & agrorum fertiliorum
indolem esse, ut multo plus, quam accepere, afferant. De me par ut fiat, fas
quidem: sed ut efficaciam repletæ, impossibile. Tanta tamque varia *TV* in
me sunt beneficia, ut numerum inire me posse singulorum aut ista demereret
unquam, desperem penitus. Non adtingam studiorum meorum Lipsia au-
spicium. Nonne post *magnum, beatissimum nunc, SELIGMANNVM*, cu-
jus manes ad urnam usque summa animi reverentia veneror, Auctore *TE* &
Ductore Musarum cancellos ingredi feliciter porti, cursunque in
hanc usque horam divina auxiliante gratia protendere? sub *TV* vi-
ta fortunæque meæ præsidio veluti sub arbore amoenissima umbram
inveni ac salutem. Nisi nosse, qui vel parum me norunt, nossem, di-
cerem, quantus beneficiorum in morbo sub initium dicto exhibitorum
nunckerit, quanta leges. Quoties animu[n] sivebunt, sivebunt autem quo-
tidie, toties magnitudinem miror & recolo humillime: tantum enim abest,
ut gratias reipla & opere referre, ut ne corde quidem & calamo eas ea, qua
decet, abundantia agere evaleam. Quoties temporis me pressi iniquitas,
anchora fuisisti & portus, quo fugerem, tutissimus. Quoties fatorum tri-
stitia sensus labefactare videbatur, ægritudini meæ subvenire, moram
non fecisti. Quoties queso consiliis solatiisque destitutum me erexit, adjuvisti
ad declinantemque reduxisti in cancellos? Ecquid dicam de bene-
ficis hebdomadis, quid autem hebdomadis? diebus, inquam, singulis
per triennium tere mihi exhibitis? ut paucis rem præcidam: *st. TV,*
VIR MAXIME, nec effe, nec fuisse, *Lipsia tamdiu locum mibi nec de-
disset, nec daret amplius.* Ablens quidem in prælato es corpore: ast
animi gratia & benignitate mihi præsentissimus. Non exarueri benefi-
centia erga me rivuli, sed indies magis magisque se amplificant. Ver-
ba calamus relinquunt; & quando singula beneficiorum genera enumera-
re me posse crederem, parum certe magnitudinem istorum me meti-
ti viderer. Dicam & confitebor ingenue: *impar sum.* Quo plura dico,
hoc

denuo exortus est. Est dies, quo lecto ferali per mensem, & quod exur-
rit, adfixus duobus abhinc annis cura TVA, beneficentia & gratia post Deum
unico mortis fauibus ereptus sum, viresque sensim sensimque recuperavi.
Hinc pietatis flamma, qua diu sic multumque latere vila est, die isto, qui sa-
cer Macenati meo Maximo salutisque meæ auspicium est, feliciter redeunte
comprimi non potest amplius: officium ut subeam meum scribamque ca-
lamini ipsa porrigit. Scribam itaque & ut conatu huic pio hilari isthoc
nativitatis TVÆ festo, hilarem quoque frontem, VIR MAXIME, præ-
beas humillime rogo. Jaeta nunc alea est; sed singulare quid, quod fe-
stivitas plane singularis & ingens beneficiorum erga me numerus postu-
lat, praesentia hæc tempora luppeditare mihi vix cerno. Et ne tempus
forsitan omne quærendo perdam, ad antiquiora statim me confero. Heic
circumspiciendi mihi ritus inter bene multos insignis occurrit iste, quod vi-
ris inlustribus optimeque meritis ponebantur statua, utpote quibus sub-
scribi (⁷) magnus proflus honor erat & non nisi claris virtuteque specia-
tissimi communis ac proprius. Erant, quo nomine per apposite insigni-
vit eas Tacitus (⁸) Majorum Decora. Nec calculum detrectabit, qui vel
fugitivo antiquitatis monumenta perlustravit oculo. Factu mihi esset fa-
cillimum, multis implere paginas, quei ipsis Diis Deabusque statua hujus-
modi fuerint erectæ. Subcurrit, qua Romæ dicata Mercurio (⁹) hac cum
epigraphe:

MERC. SACR.

SVM. DEVS. ALATVS. QVI. CRVRIBVS. AETHERA. CARPO
QVEM. PEPERIT. SVMMO. LVCIDA. MAFIA. JOVI

Religiensi, ni fallor, adversum non erit, producere Deorum omnium ma-
ximi JESV CHRISTI statuam argenti purissimi CLXX librarum, una
cum Jo. Baptista argenti saltæ C. librarum, hoc lemmate: ECCE. A-
GNVS. DEI. QVI. TOLLIT. PECCATA. MVNDI constructam a
Constantino M. (¹⁰) Qua excepta fuerint reverentia statuarum nonnullæ,
vel ex marmorea ista Lavinii videre est luculentissime, ut operæ rear es-
se, verba ipsi inscripta exhibere: MAVORTIO. SACR. HOC. SIGNVM.
A. SERVO. TANGI. NEFAS. EST (¹¹) De statuarum porro, quæ
Deabus sanctæ, sanctitate & quidem Cereris potissimum Roma olim ce-
lebratissimæ, quæ a viro non modo tangi, sed ne aspici quidem fas erat (¹²)
multa in medium possem producere: at qui prolixitatem non amo, nec
evagari nunc adinet, mitto. Erant honorum hæc solemnia non Deorum
celestium tantum, sed & terrestrium, Heroum scilicet ac Regum. Non
ignotus est cippus iste Achillis, quem Alexander M. Ilium transgressus un-
xit, & quod more receptum erat, choreas circumegit, eique coronam im-

(10) 2

po-

(7) Horat. Libr. III, carm. Od. XXIV. (8) Tacit. Libr. III, c. LXXI. Hist. (9) v. Petri Apiani &
Barthol. Amantii Inscript, in specie Ital, p. 230. (10) Holpiniani Libr. II, cap. IV. de Origine &
Progressu, quæ in Tempis continentur. (11) Juff. Lipsii Comment. ad Tacit. Libr. III. Annal.
(12) Cicero in Orat. VII, in Verr. (13) Plutarchus Vir. Alex. M. p. 672. num. E. Tom. I. Edit.
Francof. 1620.

posuit. (1) Taceo erectas a Romanis (2) æque atque 'Atheniensibus (3) in honorem Alcibiadis belli Ducis celeberrimi. Non delineabo statuam, iætu fulminis nobilem Octav. Cæs. Augusti. * Nec Julii Cæsaris (4) omnes in conspectum proferre nunc adlibet. Perspectis Heroum monumentis subterfugere non posunt memoriam nostram simulacula Regum virtute clarorum. Refero huc triumphales istas Romuli, quas pedestres omnes dicit. Plutarchus; (5) fallique Dionysium, qui Romulum usum dicit curru triumphali, & Poplicolam potius primum curru triumphantem inventum esse. Spectat hoc Ptolomæi, quæ præsidio erat vincito ab Annibale Decio Magio. (6) Et quis in antiquitate tam hospes, qui neciat Senatoribus Romæ de Republica non parum meritis eundem statuam honorem despontatum fuisse ac delinatum? Excurserem in laudes eorum & præter Catonis Majoris (6) æque ac Minoris (7) statuas proferre possem non paucas, nisi a Figrello (8) egregie de bonis literis merito liberali manu factum jam esse noverim. Id interim siç præterire pede non possum, quod citra Senatores aliosve, sequioris quoque sexus matronæ nobiles honorem istum participaverint. En! quæ Corneliae Gracchorum matru statua ænea posita fuit eisque inscriptum: Κορνηλίαν μητέρα Γράκχων. (9) Quid mirum inde si post Deos, Reges, Senatores, Duces aliasque cum Coele. (10) virtute ac bello claros, clari quoque & excellentes ingenio viri comedere honore digni fuerint habiti? Monumentum scriptis sibi exigit Homerus ære, prout Horatius (11) de se gloriari potuit, perennius. Non omnis mortuus est, sed multa pars ejus vitavit Libitinam. Miratur eum antiquitas & sublimitatem ingenii ipsius suspicit. Cum postularet Alcibiades opera ejus a nescio quo Ludimagistro, isque non haberet, inficto colapho reliquit eum. Alius vero cum diceret se habere & emendasse, Θεῖτ, inquit Alcibiades, γραμματα διδάσκεις; Οὐ πρὸς ἐπανόρθουν ιναρούς τοὺς νέους παιδεύεις; h.e. Et tu literas doces, qui vales emendare Homerum? quin juvenes instruis? (12) Iliada virtutis bellice & credidic Alexander M. & adpellavit institutionem. (13) Quo recentiora secula nostra amore ejus flagrant, exprimere vix potis sum. Belburgerius totum cum memoria sua impressit & ubi fuit Belburgerius, ibi Homerus. (14) Et

Jaco-

Francof. 1620. (15) Plut. in Vit. Numæ p. 65. num. D.T.I. * Idu fulminis ex Inscriptione statuæ Ejus prima nominis litera nempe C. effixit. Sueton. in Vit. ejus c. 97. §. 4. (16) Cornel. Nepos in vita Alcibiadis. (17) Plut. in vita ejus p. 736. T. I. statua ejus regia Rome resipit diametribus conficitur, conf. Sueton. in vit. Jul. Cæsari cap. LXXIX. §. 2. (18) in vit. Romuli p. 27. num. D. T. I. (19) T. Livii Patav. Dec. III. Libr. III. ab V.C.p. 157. Edit. Vincentiano-Lugd. (20) Posuit ipsi populus Romanus statuam in Aede salutis, cum Inscriptione: Τῷ Ρωμαϊον τολετεῖαν ἐργαλευσιν καὶ μέτασταν ὅπλα τὰ χερια. τιμῆς γενομένῳ χρηστοῖς αὐγοῦσι, καὶ συφερον εἴσοισι καὶ διδασκαλικαῖσι εἰς ὄρδον ἀνεῖς διδασκαλίσσοντος, h.e. Tempab. Rom. ad brasos mores declinantes & vrgentes, bona disciplina Janus; inflitus & præceptis confor. correcx. Plutarch. in vit. ejus p. 247. num. B. T. i. op. (21) Cuju statua enemus ejus tenet, & postris ejus justa mares. Id. in vita ejus p. 794. num. B. (22) v. Liber ejus de statu ille. Iulst. Rom. (23) Plut. in vit. Tib. Gracchi p. 836. num. E. T. i. op. (24) Cœli ob mirabiliter edificata Portenam hostem virtutem & calliditatem posita est, pectora enea in Aede Vulcani. Plut. vit. Poplicole p. 106. num. A. T. i. op. (25) Horat. Libr. III. Catm. Od. 30. (26) Plut. in vita Alcib. p. 194. num. D. (27) Plut. in vit. Alex. M. p. 669. num. C. (28) Morhof. Polyhist. Part. I. L. VII. cap. 2. §. 2.

hoc plura video restare dicenda. Hinc qui ne numerare quidem po-
quomodo rependam? Erubescerem & solicitude animum meum
deret maxima, nisi *TVA*, *VIR SVMME*, summa, qua prædiu
modestia & dispelleret ruborem, & solicitudine non tam mihi quam
principue potissimum ægre fieret. *Qui iis donant, qui donare ma-*
peſſum, bas vſcatis hamatisque muneribus non ſua promere putas cur
nio, (uu) ſed aliena corrīpere. Damnaſ eorum mores, qui, a quo plurim
ſperant, etiamſi ille hiſ non eget, tamen ei potiſſimum inſeruant. (vi)
merens quidera ſum beneficiorum omnium, nec gratiam, licet vel maxi
cupiam, referre poſſum. Inconfideſt tamen ea *TE* collocaſſe, aſſcre
neſas eſſet. Noſti, ſape & qui gratiam retulit ingratum eſſe, & qui non ri-
tuit, gratum. (vii) Quare ſola *TIBI* clientis pietas cordi eſt. Et hæc eſt,
cuius ſtatuum gratus humillimusque animus meus in pectore *TIBI* confe-
cravit. Agnoſco beneficia, prædicto debitorum vero Deum delege, eum
que ut gratiam pro me referat, imploro. Quod hoc imprimis die *TVO* na-
talitio ſolemne eſt, (oo) oſterant, qui poſſunt, opes Sidonias. Cum auro
ac lapidibus India pretiosis, qui tenent, compareant. Ego que pietas ferre
poſſit, feram. Provolutus ad ſolium diuinæ Majestatis gratias agam &
vota fundam devoutissima. Mirabundus ſummaque animi ſubmiſſione
τὸ βαθὺ τοῦ πλωτῆς αὐθίας καὶ γνώσεως, ut cum Paulo (ππ) loquar, provi-
dentiæ diuinæ in *TE* ducento, ornando, ſervando deveneror. Quam in-
comprehensibilia ſunt judicia ejus & impervigilabiles via! Mirabundus
obmutesco & devotas duntaxat gratias adnec̄to. Gratia Deo Patri, qui
mirabiliter, gratiolite tamen, haec tenus clapsque potiſſimum anno *TE* du-
xit, comitatus eſt & ad fastigium uſque Eccleſia Evangelicae exxit! Gratia
Saluatori, qui merito ſuo & confiſiis *TE* confirmavit lemp̄ & adjuvit gra-
vifime! Gratia Spiritui S. qui ſubcurrit *TIBI* & ſolatium ſubgessit effic-
cissimum. Gratia toti SS. Triadi, quæ novis ſubinde viribus etiamnum
TE beat, & ad omnes hostium conatus ſartum ſervat teſtumque. Trias
hæc eadem, cuius nutu meant, remeantque anni, anni cum auxilio *Nata-*
lem TVVM numero plane innumeris adhuc vicibus latum ita & auſpica-
tum redire faciat! Nullus poſthac dies, quo non nova, quæ e celo eſt, gra-
tia inlucescat *TIBI*, tranſeat; & repetito ortu phosphorus, hoc eſt, ſol ju-
ſitie ſua totum *TE* in gravi, quod ſuſtines, arduoque munere ſapientia in-
luſtret ac prudentia, ut confilia *TVA* omnia Saxonias, quin & universa or-
thodoxa Eccleſia ſalutaria ſint, & quorum penitudine ducaris nupſiam.
Inclinet porro *DEUS Regis noſtri Potentissimi* (cuius corona
vigeat!) ad *TE* animum clementissimum & obſignet adfectum erga *TE*
ſincerum Aula Regio-Electoralis universa! Efflorescat domus auguſtissi-
ma in dies plus plusque & incolumitate gaudet beatiffima. *Salva enim*
ea, ſalva quoque erit Pippingiana domus, perinde ac ſalvo Rege Danie ſalva
dieſa

(uu) Plin. Libr. IX. Ep. 30. (vi) Cicero Offic. Libr. I. cap. XV. (vii) Seneca Libr. IV. de Benef. cap. XXI. (oo) Veteres, a quibus morem traxere ſecula recentiora, muñera natales ſuos cele-
brabitibus offerebant, quod videre eſt ap. Petron. Arbit. vſiſmenta mea cubitoria perdiſit, que
mibi natali die donaverat cliens quidam. (ππ) Rom. XI, 33.

mus Ranzoviana. (pp) Nullum, quod edisseris, *VIR MAXIME*, in
que ac locis aliis verbum pereat, sed penetret ad intima usque cordis
Inimicorum consilia DEUS *αρχιτομένης* in *TVI Ecclesiæque*
mentum dirigat & amorem erga *TE* sanctum omnibus implante!
ro insignibus quoque & prægravibus, quibus premeris laboribus suf-
tum humeri, vita Autōr DEUS vires *TVAD*, ut Mosis olim novo sub-
obore firmet, &, que valetudini infesta esse possunt, pericula averrunt.
Vivant, ut quæ prolixe mens cogitat, mittant in compendium, vi-
, inquam, iuxta *TEcum*, quibus sanguine junctus & cognatione, omnes
time! Servet DEUS *Vxorem*, forminam omni matrimonialium vir-
um laude cumulatissimam: Servet *Pignora* suavissima, & ut aquilæ ge-
na proles *Magni Parentis Filius* amantisissimus vestigia sequatur; &
atrem laude omni superiorē *Filiola* (qua quid festivius, quid amabi-
lius?) similitudine optatissima exscribat: servet DEUS omnes; toraque
domus incluta *Pippingiana*, cuius beneficentiam erga me maximam æta-
tem deprædicabo, vivat! Floreat una cum *Sororibus* spectatissimis *Frater*
Amplissimus! vigeant *Affines* celeberrimi & *Cognati* omnes desideratissi-
mi! Vivas denique *Ipsæ, VIR MAXIME*, felicitate, quam vorere un-
quam potest eliens devotissimus, omnigena beatus, *TVAE*, vita tem-
pora cygnas illas plumas imitentur. Gratiae divinae nubes, prout aquo-
sa arborem istam celebratam *Insulae Ferri*, (ss) caput *TVVM* circumdet
cingatque noctu pariter atque interdiu, ac coelestis benedictionis rore per-
petuo *TE* riget, unde luccum Ecclesia & spiritum clientes, *quos inter &*
ego bummille compareo, extrahere queant amplius! Scrib. Lipsie
die ipso Natali Macenatis mei Maximi, IV. Non. Januar.

cl Icc X.

(ep) v. M. Godofr. Ludovic. Rec. Gymn. Schleusing. meritissimi, Viri eruditio admiraðæ, Patro-
ni atque Praeceptoris mei jugi obseruantia colendi Progr. LVII, in solemni. Einetti Orat. 1705.
d. XXIII. Martii confcript. (ss) In Ferro Insula arbor est, cuius cacumina non èt & die nubes
spilla circumdat, que nec ventorum vi, nec solis radis dissipillat. Hæc in guttas resolvit, quæ
in folia imbris instar effundit, & Insulan ita, que fluvius caret, quaqua verum irrigat. v. Standeri
Progr. ad Orat. valed. Leucopetr. 1691. d. 18. Cal. Maj. qui desumit ex Geograph. Alain Manesson
Mallet de Africa Libr. V. cap. XV. & Joh. Verckii *autem* Itinerario de Navigatione Batava-
rum & Zelandorum Indico.



78 M 496

ULB Halle
001 618 148



3

TA -> 0L

K018

b7



105

STATVA MAGNA, AV
 PIETATIS ET OBSERVANTIAE,
 QVAM
 AUSPICATO CLAREQUE ORTO
NATALIQVADRAGESIMO
V I R I
MAGNIFICI, SYMME REVERENDI
ATQVE EXCELLENTISSIMI,
D O M I N I
H E I N R I C I
P I

Theo
 IN AULA
 XONICA SA
 DRI ADSE
 STICO.

PA TR
 PROFVN

Adprecat.

DEVOTI

nentissimi,
 ACTORALI SA
 TIS, PROTO-SYNE
 NATV ECCLESIA
 ISSIMI, MERI-

MAXIMI
 ENERATIONE
 ENDI,

nae sub auspicio

E SUBMISSIONIS

V. M

Rüller/

OEZIANÆ.

